Fragmentarium

niuanitate infidelium mentes fide solidantur.
et sicut ex aere inani fiunt nubes plubiales
sic ad fidem de mundi uanitate colliguntur
sci predicatores in nubes autem dicte qd et
hera obtegant unde et nupte dicuntur quod
uultus suos uelent unde et neptunus quod
nube et mari terram tegat.

DE PLUUIIS

Legitur in amos propheta qui uocat aquas
maris et effundit eas super faciem terre. aq;
enim amarissime maris uapore subtili ca
lore aerio suspenduntur instar medicina
lis cucurbite q; calore superioris circuli hu
morem et sanguinem sursum trahit. huiusmo
di itaq; racione aq; maris per tenuissimos ua
pores in aere suspense paulatim concrescunt
ibiq; igne solis decocte in dulcem pluuiarũ sapo
rem uertuntur dehinc ingrauescente nube
modo ui expresse uentorum modo solis calore
dissolute in terre faciem sparguntur. a nubib;
ergo rapiuntur aque maris et iterum ab ipsis
reducuntur in terris sed sicut diximus ut dulces
ẽe possint in pluuiis coquuntur igne solis aliquan
tem dicunt non tantum modo aquis maris nubes
concrescere sed etiam ex alatis terre uaporib;
nebulas adolescere quib; densatis coactisq;
nubes altius surgere atq; hisdem labentib;
plubias effundere nubes autem ut prediximus
apostoli significantur atque docto res pluuiae
ergo nubium eloquia sunt apostolorum que
quasi guttatim id est sententialiter ueniunt
sed abundanti bus doctrine fecunditate infun
dunt; DE NIUE

Ait ambrosius quod plerumque glacialib; uen
torum flatibus rigentes aq; soli dantur inni
uem et rupto aere nix funditur.

DE GRANDINE

Simili quoque racione grandinum coacula
cio fit aq; enim nubium rigore uentorum strin
guntur in glaciem adq; durescunt dehinc gla
cies ipsa partim fragore uentorum conminu
ta in fragmine partim solis uapore resolu
ta frustatim ad terras elabitur. quod autẽ
rotunda uidetur hoc solis calor facit et mo
rare frenantis aeris dum per longum spacium

a nubibus usque ad terras decurrunt figu
raliter namque grando perfidie duritia corpo
re malicie frigida. nix autem homines incre
duli sunt frigidissimi adque pigri et in infi
matorpore mentis depressi. item alio in
tellectu niues sunt homines dileccione fri
gentes qui etiam et si exteriant candidi puri
tate baptismatis non feruent spũ caritatis.

DE UENTIS

Uentus est aer commotus et agitatus. ap pro
bante lucretio; uentus enim fit ubi est agitando
percitus aer; quod etiam in loco tranquillissimo
et ab omnib; uentis quieto breui fabello ap
probari potest. quo etiam muscas abigen
tes aerem commouemus flatumque senti
mus; quod cum euenerit occultiore quodam
motu. celestium uel terrenorum corporum per
magnum spatium mundi. uentus uocatur;
ex diuersis partib; celi nomina etiam diuer
sa sortitur; Quidam autem aiunt. eo quod
ex aquis aer. ex aere uenti nascantur; clemens
autem dicit. eo quod montes excelsi. certis qui
b;dam habeantur in locis. et excelsis uelut com
pressus et coangustatus aer. ordinatione di
cogatur et exprimatur in uentos; quorũ inspi
ramine et fructus germen concipiat estiuus
q; ardor temperiem sumat. cum pliades ignitis
solis ardoribus incanduerint; uenti autem in
terdum angelorum intelleguntur sps qui a
secreto dei ad salutem humani generis per uni
uersum mundum mittuntur; item non num
quam uenti incentores sps poni solent pro eo
quod male suggestiones flatu ad terrene desi
deria iniquorum cordia succendunt. secundũ
quod scriptum est; tollet eum uentus urens;

DE NOMINIB; UENTORUM

Uentorum primus cardinalis septemtrio fri
gidus et niualis; flat rectus ab axe et facit ari
da frigora et siccas nubes; circius qui et tras
cias hic a dextris septemtrionis intonens. facit
niues et grandinum coagulationes; aqui
lo uentus qui et boreas uocatus; ex alto flans
gelidus atq; siccus et sine pluuia; qui non dis
cutit nubes. sed distringit; unde et non inmeri
to diaboli formam induit quia iniquitate

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. F 219 II, 1v – Isidorus, De natura rerum; De signis coeli; Carmen Sisebuti (https://fragmentarium.ms/view/page/F-oe12/3513/36512)